

X 2316883

*De reuocibus humanis-
ribz studiis in Occidente
post Caplam Polim a
Muhammede II.*

IIa
681

Q. C. I. P. D. G.

9

AD ORATIONEM, QUAM FELICIS AVSPICII CAUSSA
IN SNEEBERGENSIVM LYCEO

CRASTINI DIE,
QVI IN FASTIS XII. CAL. MAI.
DESIGNAT,

SOLEMNITER MOREQVE CONSVETO RECITABIT,
CL. ET IN POLITIORE ERVDITIONE VERSATISSIMVS

VIR

M. CHRISTIANVS
FREYTAGIVS,

IAM CONFIRMATVS LYCEI PRO-
RECTOR,

VENERANDOS, MAXIMEQVE
SPECTATOS SCHOLAE

EPHOROS,

AMPLISSIMOS, SPLENDIDISSIMOS
ET MERITORVM GLORIA IN VTRAQVE CVRIA ELVCEN-
TES PROCERES, CERTISSIMOS DOCTRINAE ELEGANTIORIS
PATRONOS, ET OMNES, QVI LITTERARVM COGNITIONE
IN NOSTRA CIVITATE FLORENT, MVSARVMQVE DO-
MICILIO DELECTANTVR, COMPELLAT, VERBIS-
QVE AD OMNE HONORIS OBSEQVIVM
COMPOSITIS INVITAT

IOANNES DOPPER-
TVS, Schol, Sneeb. Rector,

SNEEBERGAE
PRAELO HENRICI FVLDAE



DEI immortalis auspicio, fatique benignitate singulari factum est, ut cum prolapsione Orientis Imperii, quod Conitantino M. imperante Augusti Divinique Throni dignitate in vetusta Byzantinorum urbe honestatum, a Muhammede autem II. heroo Thracum Rege sub Constantini Palaeologi infelicissimo regimine ad feram barbaramque nationem devolutum fuit, bonae litterae, et Musae, ad commorandum mites, avitas suas sedes prorsus dereliquerint, et trans mare in Italiam primum, deinde vero in alias Europae regiones, barbarie antea infectas, et alta quasi voce sub extremæ inficitiae jugo gementes, demigraverint, quod benignius Dei numen uti svavi verborum elogio efferri meretur, sic secum traxit sacrorum paullatim cultum ubique emendatiorem, veteris barbarici, ac horridae ignorantiae profligationem, omnemque elegantioris vitae morisque culturam et splendorem inter barbaras etiam gentes illustriorem. Ante haec tempora barbara philosophia ubique dominium exercebat, in doctorum cathedris, et Monachorum claustris Thomas et Scotus aeterna suarum tenebrarum fundamenta struxerant, antiquitatis cognitio, et delicata historiârum cultura a paucis, iisque sagacioribus tantum excolebatur, quin a paucissimis adhuc emendata, et ad pristinum Latii genium accomodata scribendi ratio observabatur. Verba in praefens non dirigam ad mediae aetatis aevum, in quo Carolingi, Saxones et Svevi imperabant, quod omnino sibi peculiare loquendi et scribendi genus vindicat, ut constat ex Marculpho, saec. VII. scriptore, qui formulas his temporibus in Christi coetu usitatas, et ab Hieronymo Bignonio Lut. Paris 1666. emissas, et erudita praefatione ornatas, collegit, et ex Reginone ad A. C. 814. cum in latinitate huius aevi perferenda docto orbi exquisitam operam comprobaverint Gerardus Io. Vossius in libro de vitis sermonis latini, et post eum in glossario infimae et mediae latinitatis Carolus Cangeus, vir inter Gallos non ita pridem summae eruditionis, et locutionum historiarum sequiorum in utroque imperio exquisitè natus. Comparuerunt tamen subinde aliqui, qui ultra temporum, in quibus vivebant, consuetudinem elegantiorum in docto theatro habitum induerunt, et floridum, veterisque Latii delicias ex parte consectans scribendi genus affectarunt, quos inter chorum ducit Saxo Grammaticus, praestans Danicarum rerum explanator, sedulusque Valerii imitator, de quo bene pronunciat Roterodamus in suo Ciceroniano p. 308. qui tamen non ubique nervum in stilo auctorum discutiendo pro diversa temporum, aetatisque scriptorum ratione stringere mihi videtur. Ioannes Sarisberiensis ejusdem saeculi scriptor stilum ad veterum normam componere laborat, sed dum obscuritati pro perversa saeculi ingenique sui consuetudine nimium indulget, legendi gratiam amittit, suisque tenebris illustriorem rerum splendorem obcurare quasi videtur. Bernardi dictione non omni prorsus svavitate destituitur, sed ideo Regulus Ciceronis aëctis, ut a quibusdam perversè fieri solet, statim annumerari non meretur, siquidem dictione utitur florida, et nimium a prisorum elegantia, ac decoro rythmi modo evagante, minusque generosae Arpinatis indoli attemperata. Ad classem scriptorum emendatioris latinitatis prorsus non pertinent Thomas et Bonaventura, quamvis prior apte doceat, et bona fide Aristotelis philosophandi rationi vel ipso Grotio observante insitat, alter vero nimia verborum libertate gaudeat, et longis verborum lenociniis nimium ab avito decore evagetur. Majori jure ad elegantioris stili cultores refertur Franciscus Petrarca, cuius aetas incidit in medium saec. 14. nihilominus dictione

Indicio Francisci saeculi faeces secum trahit; auribusque legentium ingrati-
pronit auferitatem, ac procul a semita, florum varietate ex amoenis Ci-
ceronis aris deceptorum, conspersa declinare videtur. De hoc auctore
eiusque scribendi ratione erudite differit, si modo non alieno vitulo aravit,
Iac. Philippus Thomafinus, Antistes Aemoniensis in libro docto, et Paravii al-
tera vice 1650 typis impresso, quae inscribitur Petrarcha rediviva, et celeberrimus
Morhofius in Polyhist., p. 279. Stili gloria scribendique maiestate Petrar-
cha longe adhuc inferiores sunt Blondus Flavius et Io. Boccacius, celebris
Deorum et Dearum genealogiae architectus, sobrieque de priore iudicat Io.
Gobelinus: procul, inquam, ab eloquentia prisca fuit, neque satis diligen-
ter, quae scripsit, examinavit, non quam vera, sed quam multa scriptis con-
secraret. Franciscus Philelphus, Eques auratus et poeta laureatus Tullium
in contemdarum epistolarum genere fat bene imitatur, sed in grandi, et
oratoribus apta scribendi ratione eius maiestatem non attingit, et quamvis
Eques fimiarum more valde sibi placeat, fuisset tamen vel ideo felicior, si aliis
scribendi modus eadem voluptate placuisset. Injuriae et calumniarum tela ex
scelerati animi projectaeque audaciae indicio vibravit in eum Franciscus Pog-
gius, cuius scribendi ratio itidem parum est elegans, quam ingratiorem adhuc
reddunt tenebrae, quas ex congenito mentis vitiis crebro adhibere solet.
His omnibus in eleganti scribendi genere palmam praeripit Laurentius Valla,
vir exquisitae quidem doctus, sed animi admodum vehementis et ingenii mor-
dacissimi, et nonnunquam in sacra Christumque injurii, cuius stilius Quintilli-
anum redolet, qui praeclare eloquentiae praecepta, Scholarumque moderatori-
bus salutaria monita dereliquit. Leonardus Aretinus laudem meretur ob perspi-
cua scribendi facilitatem, nervis tamen subinde ejus oratio debitisque vir-
tutibus destituitur, non raro etiam munditiam Quiritium sermonis barbaris
expressionibus inficit, quod vitium multis, iisque in sua arte eximii scripto-
ribus adhaeret, qui magis ad rerum pondera, quam ad verborum elegan-
tias sagaci mentis acrimonia deficiunt. Si vellem ulterius pedem promove-
re, et paulo uberius diversarum nationum scriptores, qui post expugnatam
Constantinopolim, et emendata Musarum sacra stili gloria floruerunt, enar-
rare, amplissimus dicendi campus, et uno itinere minus commode peragran-
dus, se hic mihi aperiret, contentus igitur ero, si eos tantummodo breviter
indicavero, qui in nostra Germania splendidiore scribendi ornatu a communi
scribentium sorte se exemerunt. Vetustum ergo et elegantem Quiritium scriben-
di modum in communi patria nationis Teutonicae, omnemque politiciorem e-
ruditionem resuscitarunt, ac laetis auspiciis corruptum, barbarum et infice-
tum dicendi genus, quod ubique in scholis grassabatur, exploserunt Westphali,
primusque inter eos veluti alter Hercules Augiae stabulum purgavit Rudolphus
Langius ex antiquo et illustri stemmate satus, et per varia itinera, sanctio-
remque cum politicioribus in Italia viris consuetudinem, et assiduam pristini
aevi scriptorum evolutionem maxime in hoc conatu corroboratus, eaque de
caussa dignus habitus, cui gloriosissimus Imperator Maximilianus laurum so-
lenniter tribueret, et in apicem veluti illustrium vatium collocaret. Vitam
Rudolphi strictim exhibet Melchior Adamus in vitis Germ. philof. p. 35. et
praeter Adamum de eo praeclaram inter doctos Westphalos mentionem facit
David Chytraeus in Saxonia p. 74. quibus de ritu coronandi poetas, et de ve-
tustate huius moris adjungi merentur mutuae Cl. Iacobi Thomassii et Thomae
Reinesii epistolae, quas Marefii epistolis subjunxit celeberrimus in Academia
Lipsiensis

FK Ta 681

Lipſienſi Theologus, et Polyhiſtor præclarus, Adamus Rechenbergius, Præceptor meus non ſine obſequii reverentia prætermittendus. Huius exemplum in proſtiganda barbarie feliciffimo auſu imitati ſunt Rudolphus Agricola, Chriſtophorus Langius, de quo admodum frigide cenſet Paulus Manutius L. 1. p. 12. epiſt. ipſe non ſine cenſendi nota ob rerum inopiam omitendus, et Eraſmus Roterodamus, cuius ſtilus eſt quidem luculentus, facilis, et non raro argutus, ſpiculisque reſertus, ſed non ubique purus, et ad auream latinitatem accomodatus, Patrumque locutionibus, et terminis, ad religionem pertinentibus, locupletatus, quæ expreſſiones tamen facillimam excuſationem ob rerum argumenta præmereri poſſunt. In noſtris regionibus, ſub Saxonum Rûta florentibus, emendatum ſcribendi genus longe ultra Petrum Moſellanum conſectatus eſt Philippus Melancthon, ex inferiore Palatinatu oriundus, et gloria emendatæ inter Saxonas eruditionis maxime illuſtris, cuius ſcribendi ratio perſpicua eſt et plana, et nullis tenebris verborumque anfractibus involuta, quæ inter humilem turgidumque ſalum medium quaſi obtinet, et ſuis veneribus, grataque dulcedine minime caret, pandens ſobrium beneque prudentiæ ſale conditum iudicium, quod ubique Philippus ex benigna naturæ indole vel ipſa eiuratorum hoſtium conſenſione comprobavit. Idem propoſitum tunc temporis maxime urſit Georgius Fabricius, Chemnicenſis, Polyhiſtor exquisitus, et in Miſenorum illuſtri ſchola immortalis memoriæ, per iter Italicum in elegantiore vivendi modo, ac circumſpecta cum illuſtribus Aulae Proceribus conſuetudine inſigniter confirmatus, cuius ſcripta luculenter fluunt, et ſvave ſcribendi genus complectuntur, haud ubique tamen Ciceronis majeſtatem arctèque coherens vinculum ostendunt, inter quæ cum primis lectu digniſſimæ ſunt Origines Saxonicae et urbis Miſeneniſis, in quibus ſcribendi rationem ad leges veterum hiſtoricorum prudenter accomodavit. Non dilabor in præſenti ad æternum Lipſienſis Academiae lumen Ioachimum Camerarium, nec ſermonis curſum dirigo ad præſtantes, ſilique laude jam olim et noſtra adhuc ætate inter noſtrates eximios viros, multo minus ſingulari reverentia ductus illorum elegantias verbis extollo, qui in noſtro Lyceo conſtanti ordine exquiſito verborum ornatu, et admiranda eloqueantia ſuperius auditorium illuſtraverunt, ſed præſenti inſtituto terminum impono in Excellenti Vitembergenſium Hiſtorico, Polyhiſtore illuſtri, et in emendata ſcribendi dicendive ratione verſatiſſimo Architecto, Conrado S. Schurzleiſchio, quem non reverere in theatrum ſolemniter exteris adducere, et elogio inter Saxonas, ne dicam inter noſtri ævi doctos, Ciceronis cohoneſtare, Scholas eximii huius Polyhiſtoris cum magno mentis pabulo, Muſarumque ſuarum incremento per aliquot annos frequentavit, diligenterque recitationibus interfuit Vir Cl. et probe iam eruditorum coetui ob exquisitæ eruditionis ſpecimen, non ita pridem Vitembergæ inter Saxonas publicæ-ſue expoſitum, cognitus, et vel ea de cauſa etiam a Prudentiſſimis Civitatis noſtræ Proceribus in demandati muneris ratione conſideratus, Dn. M. CHRISTIANVS FREYTAGIVS, ut caſtini die ſolemniter moreque conſueto a Præſule noſtro maxime Venerando, partesque Zvicevieniſium Antiffitis ſummæ Reverendi præſentis, publicæ Splendidiſſimi Senatorum Ordinis Collegii auctoritate juvenit noſtrae, tanquam PRORECTOR, præclara humaniorum literarum et reliquarum Philoſophiæ partium cognitione ornatus, proponatur. Specimen ſingularis eruditionis, et verſatæ eloquentiæ die jam commemorato poſt ſæcra matutina in præſentia Virorum Excellentium, maxime Suſcipiendorum, Ampliſſimorum ac Splendidiſſimorum, Optimorum Patriæ Patrum exhibebit, ad quam ſolemnitatem, eo adhuc illuſtriorẽ conſtituendam, omnes Muſarum Patronos, noſtrique Lycei Mæcenas per amanter voco, ac obſequioſis verborum lenociniis interpoſita pro honorifico aditu religioſa gratiarum actione invito. Cedat hoc laudabile inſtitutum feliciter, maximeque in præpotentis Dei gloriam, capiatque ex hoc novo Collega, digniſſimoque Prorectore Schola noſtra fructus, nulla temporum iniquitate, aut ulla lividorum hominum obſectatione, vel ingrata perverſæ poſteritatis memoria abolendos. P.P. Dominica in Albiſ Anno Dionyſiani

MDCCV.

MC.

FK. 133
129

X 23A 6883

*De reuocibus humanis-
ribz studiis in Occidente
p. 101 Captam C. 101m a
Muhammede II.*

IIa
681

Q. C. I. P. D. G.

9

AD ORATIONEM, QUAM FELICIS AVSPICII CAUSSA
IN SNEEBERGENSIVM LYCEO

CRASTINI DIE,
QVI IN FASTIS XII. CAL. MAI.
DESIGNAT,

SOLEMNITER MOREQVE CONSVETO RECITABIT,
CL. ET IN POLITIORE ERVDITIONE VERSATISSIMVS

VIR

M. CHRISTIANVS
FREYTAGIVS,


IAM CONFIRMATVS LYCEI PRO-
RECTOR,

VENERANDOS, MAXIMEQVE
SPECTATOS SCHOLAE

EPHOROS,

AMPLISSIMOS, SPLENDIDISSIMOS
ET MERITORVM GLORIA IN VTRAQVE CVRIA ELVCEN-
TES PROCERES, CERTISSIMOS DOCTRINAE ELEGANTIORIS
PATRONOS, ET OMNES, QVI LITTERARVM COGNITIONE
IN NOSTRA CIVITATE FLORENT, MV SARVMQVE DO-
MICILIO DELECTANTVR, COMPELLAT, VERBIS-
QVE AD OMNE HONORIS OBSEQVIUM
COMPOSITIS INVITAT

IOANNES DOPPER



Farbkarte #13

B.I.G.

